

Parum absuit, quin D. Rivetus publicè stylum in illum strin-
geret. Ceterum modum agendi in parte adversa notant o-
mnes. Equidem ego vix boni quid sperandum existimo ab illis
qui odio potius et emulatione, quam sincero pietatis et
veritatis studio ducuntur. Professores Theologi sic etiam
num desiderantur; denique spem fecerat D. Risterfeldig,
rerum adventum aut saltem eventum etiamnum prospo-
lamur. De Frankemio etiamnum adhuc agitur et du-
bitatur. Rogo ut de Patria rebus interdum me reddas
certiorem. Leyda 15 Novembris 1641. Vale

Aff. honorandè

T. P. O.
J. Hipselst.

300

Viro clarissimo D. Johanni Combachio (Christ. Bernmann)
S. P. Uti litera tua pergrata mihi acciderunt, vir clar.
et prestantissime, D. n. et Avicæ plurimum observande.
Ita ipsæ adjuncta charta non levem admirationem
excitarunt in animo meo. Ergone favere adhuc, imò
gloriarì Felgenhauerum Bohemum de colloquiis non
nullis et quidem privatim, ut et alijs hujus nota? Felgen-
hauerum, inquam; hoc est, hominem audientior, falsum
Prophetam et impijs opinionibus fascinatum. Paucis omnia.
Non in Senatus curia, non in pharmacopolis, sed in nostris
domibus privatim, absq; auditoribus et testibus, nonnulla viri
παρρησια differimus de vaticinijs, quæ sparserat, de
paradisi horto, quem in coelo collocabat, de carne
Christi, quam negabat, et de alijs. At nobis neq; ille aucto-
ritas, neq; à Magistratura relegatus est, sed spontè abiit,
varius in oppidis pagisque vagatus. Quia vero aliquos
libellos Germanicos (de furoribus sapientia, speculum, spi-
ritolam ad Pastores et oves et similes) subinde ediderat
ideò Doctores Ecclesie Lubecensis, Hamburgensis et
Luneburgensis anno 1634 ingens volumen fanatico
opposuerunt, et in eo omnes ejus quisquilijs à capite
usq; ad calcem refutarunt. Eodem anno nostri eval-
garunt libellum Germanicum hoc titulo: Gründtliche
Beweiß, wir Sarcelus, Weigel, Felgenhauer; in quo
veluti medulla et nucleus profanarum opinionum
nervose

376

nervose retunditur. Quid jam Felgenhauer? Anno demum
1637. emitit Apologiam Christianam, quam toties et tantopere
in illis pagellis crepat; verum hanc libellam ocius excepit tri-
unghus, quem nullo. Quia igitur Felgenhauer toties nobis
insultat, et suam apologiam coram Amplissimo Senatu
vestro dilaudat, propterea eundem debito studio et
officiori saluto, et diligenter rogo, ut Felgenhaueram
eient, vobisq; faciant copiam publicè in curia recitandi
hunc libellum. Quod fiet intra hore spatium. Neq;
alià excusatione aut apologia pro nobis opus esse existi-
mo. Si tamen meliorem viam noveris, non immerito
tua prudentia relinquis. Quae intra privatos parie-
tes fuerant proposita, in praedictis libris extant omnia.
Suo proprio gladio jugulatus, propriisq; verbis dejectus ille cer-
nitar. Si fortean plura exemplaria desideres, fati-
llio sciam; mittentur. Et quoniam in hunc sermo-
nem incidimus, est, quod magnopere à te petam.
Johann Janson nobilib; typograph; accepit à me. Exer-
citationes meas Latinas, in quibus omnia argumenta
Weigelii, Felgenhaueri et aliorum sufficiente copia
persequor. Velim ab illo Amstelodami excudantur.
Nondum plenè operam suam promisit mihi in literis,
quas ante pauculos dies nactus sum. ut verò promittat
tu et alii Amici extimentent, iudic; promittant ho-
mini, aliquot exemplaria Bredae, Embod, Saxeis
et alibi facile posse distrahi. Nihil mihi gratius,
nihil pro veritate (quam imprimis contra Felgen-
hauerum tutamur) utilius facere poteris. Qui
citius, ei rectius. De reliquis, quae addis, forte suo
tempore. Jam te valere feliciter exopto. Calendy
octobr. 1641.

T. Ex.

Christianus Beckmann.

Inscriptio.

Viro clarissimo et Protestantissimo
D. Johanni Combachio, Gymna-
si Bremensis Rectori Signissimo,
Dño et Amico observando
Beckmann